

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auditor g  
cum fonte primo

Verba Dei que aure percipitis mente retinete.  
Cibus enim mentis est sermo Dei, et quasi  
acceptus cibus stomacho languente reicitur,  
quando auditus sermo in uentre memorie  
non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet,  
huius profecto uita desperatur.  
Eterne ergo mortis periculum formidate,  
si cibum quidem sancte exhortacionis accipitis  
sed uerba uite, id est alimenta iusticie,  
in memoria non tenetis.

Gregorius omelia XV. super euangelia super  
illud: Exiit qui seminat.

Verba Dei quae aure percipitis, mente retinete.  
Cibus enim mentis est sermo Dei, et quasi  
acceptus cibus stomacho languente reicitur,  
quando auditus sermo in uentre memoriae  
non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet,  
huius profecto uita desperatur.  
Aeternae ergo mortis periculum formidate,  
si cibum quidem sanctae exhortationis accipitis,  
sed uerba uitae, id est alimenta iustitiae,  
in memoria non tenetis.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,  
1.15.2 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.105, ll.26-  
32).